



- possunt facere, conveniuntur: Carlev. tom. 2. tit. 3. disp. 17. n. 3. Menoch. d. q. 88. n. 9. Cyriac. tom. 2. controver. 216. n. 15. Guttier. practicar. lib. 4. q. 5. n. 3. Bolan. d. §. 17. n. 17.
- 18 Etiam privilegiis armatae militiae juvantur Hispani milites stipendiarii, qui arma, & equos habere tenentur, ut cum vocari fuerint, ad bellum accedant, vulgò: *Hombres de armas*, Guttier. de juram. confirmat. p. 1. c. 6. n. 10. quoniam sufficit: etsi in propriis domibus habitent, & actu non militent ad bellum esse paratos; Cyriac. controverf. 201. n. 114. tom. 2. Colet. de proces. executivo. p. 1. c. 6. n. 152. Gratian. discept. forens. p. 1. c. 186. n. 27. Gamma. decif. n. 2. Cabed. dec. 119. n. 5. p. 1. Et quod parati ad defensionem Principis, & Regni, quoties vocati fuerint, non differant ab actu militantibus, tenent Coler. & Gratian. supra, cum aliis, quos refert Cyriac. n. 115.
- 19 Huic privilegio milites nequeunt renunciare: nam publicè interest, ut egestare non laborent, ne prædones fiant in disciplinae militaris detrimentum, cap. militare §. 13. q. 1. Cyriac. d. controverf. 201. n. 109. Quapropter in stipendio militum executio fieri non potest, nisi alia deficiant bona, & tunc debitori ad victum sufficiens quantitas ex eo est relinquenda; l. commodis 40. ff. de re judic. Carlev. d. tom. 2. tit. 3. disp. 18. quin. 3. aliam rationem reddit; ne scilicet dum necessaria quaerunt, à ministerio bellico retrahantur: quare nec juramento accedente, talis renunciatio valebit; juramentum enim actum contra publicam utilitatem non confirmat: Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 32. nu. 8. 9. Marien. in l. 2. glos. 3. nu. 15. 17. titul. 2. lib. 5. Recopil. Seraphin. de privil. juram. priv. 61. n. 13. Guttier. de juram. confirmat. p. 1. c. 58. n. 15. D. Covar. in cap. quamvis pactum, p. 2. §. 1. n. 1. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 14. nu. 24. vers. Aliquando & secundo: Quod verum est, cum principaliter favore publico actus prohibetur; ut in casu; de quo agimus.
- 20 Aliquando tamen miles pro debito civili carceri mancipari jure permittitur ob dolum, veluti si fraudulenter tempore, quo contrahebat, suam conditionem fuerit inficiatus; quia negans qualitatem, propter quam sibi aliquid conceditur privilegium, ipso privatur: l. 1. Cod. ad Macedonian. l. 2. & per totum tit. C. si minor se major. dixer. l. 4. §. Interdum, ff. quod. cum eo: l. qui cum se 10. ff. de re judic. Ant. Gom. in l. 79. Taur. n. 4. Azeved. in l. 4. n. 29. tit. 2. lib. 6. Recopilat. Guttier. in Auth. sacramenta puberum, n. 55. C. si advert. vend. Sed limita, cum contrahens qualitatem negatam non ignorabat, Ant. Gom. ibid. Guttier. n. 57. Similiter si bona occultet, dissipet, aut cum eis fugere tentet, privilegio non juvatur. Guttier. d. p. 1. c. 16. n. 32. Baëz. d. inop. deb. cap. 16. n. 126. Bolañ. d. §. 17. n. 10. 17.
- 21 De re militari, ac militum privilegiis tractant Paris de Puteo. Joan. de Lignano. Joan. Lup. & Petr. Bellin. de re militar. Marc. Laudens. de militib. Jul. Ferrer. de re, & discip. militar. Claud. Correr. de jure. & privileg. milit. Marc. Mantu. de privileg. milit. Georg. Accaf. eod. tract. Ayal. de jur. & offic. bellic. & discip. milit. Tusch. lit. M. concl. 227. cum seqq. Cabad. resolut. crimin. centur. 3. cas. 293.

Ibi: Idem est in his, qui nobilitatis dignitate decorantur.

- 22 Est prænotandum; si propriè loquamur, Nobilem ab Hidalgo in Hispania distingui; ita ut omnis nobilis hidalgo sit, non autem omnis hidalgo,

nobilis: nobilitas illi est, qui ex utroque parente generoso nascitur: at ut quis dicatur hidalgo, sufficit quòd à patre hidalgo sit genitus, licet genitricem plebeiam habuerit; l. 3. tit. 21. p. 2. ubi Greg. Lop. glos. fin. l. 1. tit. 11. p. 7. Cevall. tom. 2. q. 688. n. 9. Olan. in concord. jur. lit. B. n. 10. Et utrinque generosus; Hidalgo derechamente, vocabatur, l. 7. & 20. tit. 18. p. 2. l. 25. tit. 22. p. 3. Greg. Lop. in l. 6. glos. 1. tit. 18. p. 2. Sed communiter DD. pro hidalgo nobilem usurpant, & è contra; quod vulgo etiam receptum est.

Filius itidem naturalis paternæ nobilitatis privilegii potitur, l. 1. tit. 11. p. 7. ubi Greg. Lop. glos. 4. Bart. in l. fin. C. de V. S. Ant. Gom. in l. 9. Taur. n. 52. vers. Oportet notabiliter, Parl. differ. 145. §. 2. n. 7. D. Covar. supra, c. 8. §. 4. n. 7. Mol. de just. tract. 2. disp. 170. Guttier. cum aliis, practicar. lib. 4. c. 23. n. 4. Villad. c. 2. n. 90. Et filius naturalis jure Canonico, & Regio; est ille, qui nascitur ex illis, qui tempore conceptionis, vel nativitatis, poterant sine dispensatione matrimonium validè contrahere, modò à patre agnoscat; l. 11. Taur. ubi Ant. Gom. quæ est l. 9. tit. 8. lib. 3. Recop. D. Con. à n. 4. Villad. n. 91. uxor quoque, etsi plebeia sit, mariti nobilitate fulget, l. 7. tit. 2. p. 4. l. 9. tit. 11. lib. 2. Recop. l. mulieres 13. C. de dignitat. lib. 12. Guttier. d. c. 16. n. 58. Orator. de nobilit. p. 5. c. fin. Pichard. de nobilit. in v. & uxor. commun. n. 42. Ant. Gom. in l. 79. Taur. in fin.

Nobilis, sive hidalgo, de jure Regio ob pecuniarium debitum; nisi ex delicto, vel quasi descendat, carceri subijciendus non est; Guttier. d. c. 16. n. 1. Pichard; n. 46. vers. Deinde quia licet. Ant. Gom. in d. l. 79. n. 1. 3. Parlad. quod. lib. 2. c. fin. p. 5. §. 6. n. 9. Paz supra n. 33. Azeved. in l. 2. n. 27. tit. 2. lib. 6. Recopil. Lalarre de decim. vend. c. 18. n. 63. 64. Bobad. plurib. laudatis, d. c. 15. n. 20. Quod privilegium etiam jure communi Nobilibus competere probant Guttier. Parlad. ubi proxime, & alii quos ipsi referunt, quamvis dubitet Menoch. d. q. 88. n. 9.

Illud sanè constat; antiquissimam apud Romanos fuisse distinctionem quoad vincula, inter nobiles, & plebeios: nam Livius anno ab urbe condit. 259. testatur, Appio Claud. & P. Servil. Consulib. Regem, Populum statuisse, ne quis civem Romanum ob æs alienum, vinculum, clausumve teneret, quominus ei nominis edendi apud Consules potestas fieret, ut observat Rayard. d. cap. 8. de nexis, col. 7. Sed ad illud privilegium obtinendum non ita exacta nobilitatis probatio desideratur, ut cum de eadem principaliter disceptatur; quia, adversario citato, summarie cognoscitur, an debitor nobilis sit; ut à carcere relaxetur, Bobadilla cum aliis ubi proxime, Parlad. sup. n. 10. Guttier. d. c. 16. n. 9. Imò, pendente lite super nobilitate principaliter in Regali Cancellaria, carceratus ad hujusmodi probationem admittitur, quod observant, practicarique testantur Bobad. supra, Orator. p. 3. c. 10. n. 3. fol. 89. nam sententia, qua carceratus Nobilis declaratur, nullum inferri causæ principali præjudicium, sed illum dumtaxat producit effectum, ut tunc à carcere reus liberetur, Guttier. ubi proxime.

Dubium fuit acerrime agitatum, num privilegium hoc nobilitatis tolli renunciarione possit? de quo sunt consulendi D. Covar. in d. cap. quamvis pactum, in princ. à n. 17. Guttier. ubi proxime, n. 37. cum aliis, uterque late disputans, Escobar. de ratiocin. lib. 1. c. 35. à n. 16. vers. Inter has, Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 22. à n. 74. Cavalcan. de tutor. nu. 322. cum sequent. Narbona in 3. part. Recopilat. in leg. 14. glos. 4. titul. 2. lib. 6. Orator.

lora part. 3. principal. c. 6. nu. 3. Cevall. q. 668. Ant. Gom. in d. leg. 79. Tauri, n. 3. Didac. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 4. Ordinum. Azeved. in leg. 4. & 5. n. 19. in fine, tit. 2. lib. 6. Recopilat. Greg. Lop. in leg. 34. glos. 1. tit. ult. part. 7. Baëza de inop. deb. c. 16. à n. 47. Joannes Garcia de nobilit. glos. 6. in princ. n. 28. 29. Molin. de instit. tom. 2. disp. 271. vers. Contraria verò, Parl. d. §. 6. n. 12. Bobad. d. n. 20. Sed nobis res hæc nulli controversiæ subjicitur, cum, l. fin. tit. 2. lib. 6. Recop. stabilitum sit, ne huic privilegio Nobiles valeant renunciare, poena pecuniaria adversus Tabellionem statuta, qui instrumentum cum tali renunciacione confecerit.

26 Unde infertur, quod hujusmodi renunciatio, etiam cum juramento, non sustinebitur de jure Regio; nam ex quo lex veterat renunciacionem fieri, ad privilegium toti Nobilitati, non Nobilibus, ut singulis, concessum fuisse demonstrat: quare à nobili, nec cum juramento renunciari non poterit, quod non favore ipsius indultum est; argumento cap. si diligenti, 11. de for. compet. & quod ibi notat Barbosa. in collectan. n. 4. & ita ante Regiam constitutionem placuit Ant. Gom. Perez, Ceval. & aliis ex nuper allegatis.

27 Præfata constitutio æquè locum obtinet in nobilitate ex Principis beneficio, nam etsi antea; quoad renunciacionem ejus privilegii inter hunc, & nobilem sanguine distincti, Guttier. d. c. 16. n. 75. & practicar. lib. 4. q. 14. n. 3. Escob. d. c. 35. n. 17. vers. Inter has, & alii; tamen cum exter jam lex, quæ sine distinctione prohibet renunciacionem à Nobilibus fieri, nobis distinguere non licet, l. de pretio 10. ubi notatur, ff. de public. in rem act. maxime cum tractemus de materia favorabili libertati, & favorabilia debeant ampliari, cap. odia, de reg. jur. in 6.

28 Nonnulli tamen casus repetiuntur, in quibus Nobiles præfato privilegio privantur, vel ob eorum fraudem, ut si bona occultaverint, aut se Nobiles esse negaverint. Anton. Gom. d. l. 79. nu. 4. Azeved. in l. 19. n. 70. tit. 21. lib. 4. Rec. Guttier. d. cap. 16. n. 25. 28. 29. Baëza sup. d. cap. 16. n. 19. Vel propter favorem creditoris, ut in conductioe reddituum Regalium, d. l. fin. tit. 2. lib. 6. Recop. Parlad. sup. nu. 12. Guttier. d. quest. 14. n. 7. vers. Secunda limitatio. Hoc tamen Fisci privilegium in conductores Regalium tributorum non transit; unde si Nobilis partem eorum à primo conductore conducat, nequibit pro debito ad ejus petitionem in carcerem mitti; & ita decifum vidi in Regio Castellæ Senatu per supremos Judices, integritate, ac literis per insignes: nam regulariter fiscalia privilegia in hujusmodi conductores non transferuntur, Ceval. commun. tom. 2. quest. 827. n. 11. Aut propter ipsius Nobilis vile exercitium, abjectamque conditionem, veluti si officium ignominiosum exerceat, infamiave notetur, l. 7. tit. 6. p. 7. Guttier. pract. lib. 1. quest. 137. à num. 6. Bolannos d. §. 17. nu. 14. & de cæteris casibus, in quibus cessat hoc nobilitatis privilegium, consulendi sunt Narb. in l. 14. glos. 1. tit. 2. lib. 6. Recop. Bolann. à n. 7. Guttier. d. q. 14. per tot. Escob. ex d. vers. Inter has, Bobad. sup. cap. 15. nu. 23.

29 Quæri solet, num Nobilis, qui in causa criminali se obligavit pro reo ad solvendum judicatum, sit in vinculis detinendus pro pecuniaria condemnatione? Et affirmativè resolvit Bobad. sup. n. 24. cum Castill. in d. l. 79. Taur. glos. fin. in fin. quibus accessit Bolañ. n. 13. Cui sententiæ favere videtur l. 6. tit. 2. lib. 6. Recop. ibi: Si la tal deuta decen-

dire de delito, & quasi delito. cum hoc debitum sit ex delicto: tamen mente Legislatoris exactè cognita, contrarium verius est: scilicet non posse Nobilem carcerari, necesse enim est, ut debitum à proprio Nobilis delicto procedat: quod etsi constitutio Regia non exprimat, planè ex ipsa colligitur, quæ idè Nobilibus noluit indulgere, si ex crimine teneantur; quia indignus est legali auxilio, qui in leges committit, l. auxilium 38. in fin. ff. de minorib. Præterea etiam provisum est; ne delinquens adversus publicam utilitatem maneret impunitus, l. si ita §. 2. S. fin. ff. ad leg. Aquil. saltemque, si in bonis non habeat libertate privetur, & carceris ærumnas sustineat. Quæ rationes omninò deficiunt in Nobili, delinquentis fidejussore, in quo nulla culpa est, ob quam puniri, suoque privilegio carere debeat. Nec refert, quod per instrumentum guarentigium Nobilis alienam causam propriam efficiat: quia maleficium ab alio patratum sibi imputare proprio consensu nemo potest: l. 1. §. Si quis ultro, ff. de question. cum delicta suos teneant auctores, neque unus alterius iniquitatem porter, l. sancimus 22. C. de pen. l. 9. titul. 32. p. 7. Quare fidejussor ad interesse solium obligatur, nullam in se criminis malitiam transferens. Quare hanc opinionem defendunt Norbon. d. glos. 1. à n. 48. Gironda, cum aliis, de privileg. explicat. nu. 606. Farin. cons. 85. ex cum. 43. Villar. silv. responsor. respons. 6.

Ibi: Et tamen nec jure Regio.

Habens privilegium, ne conveniatur ultrà quàm 30 facere possit, consequitur, ut in præjudicium creditorum ad victum necessaria retineat Judicis arbitrio taxanda, sic ut non egeat, nihil, aut minus, quàm debetur soluto. Sed si debitor pinguiores fortunam obrineat, solidum tenetur solvere. Idem est, si decedat, aut Religiosus fiat, aliave causa bona sibi opus non sint; vel Officium habeat quo alii possit, nam ubi causa privilegii cessat, ipsum privilegium extinguitur. Hæc omnia probantur; vel colliguntur ex l. in condemnatione 133. ff. de regul. jur. l. cum ex causa 30. ff. de re judic. leg. verum 64. ff. pro soc. l. unic. §. Cum autem, C. de rei uxor. act. De quo late Guttier. de jurament. confirmat. part. 3. cap. 15. per tot. Plures sunt personæ, quibus jure hoc beneficium concessum est, quæ enumerantur in l. Juno, qui, 16. cum sequentibus l. exheredatum, 49. ff. de judic. leg. is qui, 4. ff. de exception. bonor. Quibus alias addunt Glos. in l. miles. 6. verb. Facere post. ff. de re judic. Carlev. d. tom. 2. tit. 3. disp. 18. n. 3. Parlador. d. c. final. part. 5. §. 3. n. 32. & §. 6. n. 18. Melo de induc. debitor. quest. 5. n. 16. ubi de hoc privilegio. Nobilis tamen in solidum à suis creditoribus convenitur, cui tale privilegium, ut in quantum facere potest duntaxat conveniatur; datum non est; Guttier. supra, part. 16. c. 1. nu. 36. Sed aliter in Magnatibus observatur, Parlad. d. §. 3. n. 32.

Ibi: Arma verò, equi, nec domus.

Hæc Nobilibus reservantur, licet quoad domus 21 non sit usu receptum, maxime abis deficientibus bonis, Guttier. d. cap. 16. nu. 36. Parlador. ubi proxime, n. 30. Bolannos d. part. 2. §. 16. n. 7. Bobadilla. d. cap. 15. n. 22. Garcia de nobilit. glos. 6. in princ. n. 11. & probatur. in leg. 3. & fin. tit. 2. lib. 6. Recop.